



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

vers. 40.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

QVÆSTIO I.

An non aliud signum quam Iona Prophetæ datum?

§. 1. Generatio *μοιχαλῖς* adultera vocatur, ut Isa. 57. Vocantur adulteri qui à Deo deficiunt, idem etiam dicuntur filii alienæ: *בְּנֵי נָכָר* *beni nachar*. Et si enim filii Abrahæ, & hæredes ex fœdere censebantur, quia tamen degeneres, in fide Abrahæ non steterunt, quasi illegitimi hæreditatis eriscundæ iure priuantur. Beza adulterinam vocat, patetque degeneres esse, & spurios, non adulteros. Equidem non negari vtrumque de illis dici verissime. Verum *μοιχαλῖς* idem quod *μοιχὰς* adultera. & Syrus *מְזַנְנִים* *mezzenim* adulteram significat.

Cur adulteræ
ra natio.

§. 2. Plura in posterum signa fecit: Verum non dabitur signum, de cælo, quæle ipsi pocebant. Marci 8. 11. Et exierunt Pharisei, & cœperunt conquirere eum eo, quærentes ab illo signum de cælo, tentantes eum: & Luc. 11. 16. Et alii tentantes, signum de cælo quærebant ab eo. Ceterum igitur genus signi petebant, quod ipse negabat. Nam tonitrua, & fulgura, & pluvias facilius tam calumniari poterant, quam sanitates & curationes.

Signum de
cælo petunt.

§. 3. Promittitur quidem signum Ionæ, sed comparatio in eo fit, quod Iona & filius hominis tribus diebus futuri sint hic in corde terræ, ille in ventre ceti, quod non est de cælo signum. Duæ responsiones dari possunt. Nam negari omnino signum de cælo: dicere possumus, & dari signum de terra, vel sane etiam in Christi passione, sepulturaque signa de cælo data esse; Nam sol obscuratus est, tenebræ factæ sunt, angelus lapidem remouit cælo veniens.

Quidam interpretantur, non dandum signum ad iniquam eorum postulationem. Sed Christi benignitate, superbe enim & impetiose, quasi debitum signum poscunt. *Volumus à te signum videre*, Iona ipse signum fuit, & Niniuitis historiam casus sui retulit.

VERSUS 48.

Sicut enim fuit Iona in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus: sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus.

QVÆSTIO I.

An filius hominis tribus diebus & tribus noctibus fuerit in corde terræ?

§. 1. Cor terræ non esse sepulchrum: Id enim in petra excisum in superficie terræ constitit, multi sentiunt. sed potius infernum, ubi lymbus patrum constitutus est, ille enim prope inferos fuit, hoc est centrum terræ. Multi tamen sepulchrum fuisse putant.

§. 2. Ad passionis expositionem proprie pertinet. Quia tamen difficultas hic mouetur, solui etiam debet. Constat sane non tres integros dies aut noctes *valis* etiam fuisse in sepulchro, & consequenter nec animam in noctem cœlymbo. Post nonam sepultus est feria sexta, die Dominico mane resurrexit. Per synecdochen itaque tres dies nominantur, quia aliqua parte dierum in sepulchro fuit; postrema parte feriæ sextæ integro die Sabati, initio diei Dominicæ. Ea quidem ratione de diebus res facili explicatu est. De tribus noctibus maior est difficultas. Nulla enim nox alia inueniri potest, quam ea quæ intercedit inter diem feriæ sextæ & sabatum,

Y

batum,

portalia, non igitur ex illis iustificaberis, vel re ipsa vel iudicis sententia.

§. 1. Aliud etiam effugium Calvinus inuenit. Iustificari nos ait ex dictis; quia purus sermo nos absoluit ne deprehendatur in lingua nostra improbi.

Non est obscura de prauo scriptoræ, qua tamen sua hæretes Calvinus torquet. Non enim purus sermo nos tantum absoluit, ne deprehendatur lingua improbi, sed etiam silentium; sermo igitur purus absolutionem meretur, non modo amolitione sermonis mali, sed etiam aliquo suo bono, ex quo iustificamur. Deinde quis sermo purus adeo esse potest, ut absoluat nos ne lingua deprehendatur improbi, cum ex hæreticis blasphemis Calviniani non omnis sermo purissimus, purissime prolatus millies millies ignem mereretur æternum; pugnat igitur secum & segetes suas exurit hæresarcha, alter hac de re alii sentiunt. Chytreus, bona verba & salutaria dicentem præmiis ordinandam profitetur.

§. 2. Quod vero Musculus in locis communibus de iustificatione verba non reddere sed declarare iustum, vel iniustum, falsum est. Nam verba iusta, plena salutis loquentem iustum, amplius iustificanc. Verba blasphemica non declarant modo, sed omnino reddunt iniustum, adeo ut nec ipsos Phariseos tam delite improbos fuisse putem, ut calumniis reddi homines iniustos negarent.

VERSUS 38.

Tunc responderunt ei quidam de scribis & Phariseis, dicentes: magister, volumus à te signum videre.

QVÆSTIO I.

Cur signum querunt?

§. 1. Impudens & maligna signi postulatio fuit. Quasi hæcenus nulla edi disseet. Itaque omnia vetera in dubium vocant. Nouum aliquid, quæle fuit Moyses, Samuelis, Helix exposcant. *ἑλεγον* volumus Beza verum velimus; causam addit, quod volumus, nimis imperiose dictum videtur. Magna illi cura est, ne superbissimi hominum imperiose egisse videantur, adeo ut eam causa spiritum sanctum corrigendum putet.

§. 2. Melanchthon signum certitudinis de salute eos quæsisse putat. Signum, inquit, quærimus, qui certi esse volumus de salute nostra, ut solet tentatio prædestinationis, ut sicut vulgari etiam omnium affectus quod est blasphemica.

Omnia scilicet certitudinem illis sonant mirum ni Calviniani fuerint. Non petiisse signum certitudinis de sua salute ex eo constat, quia tentantes quartunt. Deinde signum quærant, non quo testetur eos iustos, fideles, electos esse, sed qua probet se Messiam esse. Nam id ex textu constat, à Christo signum electionis quomodo peterent, qui eum enim ut veneficum perdere capiebant, qui non ignorabant se ab eo pro improbitatis haberi? Qui Dei ignatum, legi inimicum esse putarunt? Deinde quæle signum prædestinationis vnum omnibus, an singula singulis?

VERSUS 39.

Qui respondens ait illis, Generatio mala & adultera signum querit: & signum non dabitur ei, nisi signum Iona Prophetæ.

Adami Conzen in Euang. Tom. I.

batum, & inter sabbatum & diem Dominicum. Quia tamen noctes sunt partes diei naturalis, accipiuntur eodem modo quo dies. Dies enim naturalis constat integra Solis reuolutione, lucem & tenebras complexus, itaque cum in tertium diem naturalem dicitur fuisse in corde terræ, non sunt noctes separandæ. Cui tamen ob stare videtur aperta distinctio dierum & noctium. Dies enim naturalis dicitur, qui continet dies & noctes, sed Dominus diserte illas distinguit, verum noctes ut diei appendices adiungendæ sunt. Communis hæc est interpretatio, & Augustini q. Euang. cap. 7. Sexta serie diei partem qua sepultus est cum prætèrita nocte, pro nocte & die accipias, hoc est, pro toto die: sabbati noctem & diem, & noctem Dominicam cum eodem die illucescente: ac per hoc accipiendo partem pro toto habes tri-duum & tres noctes. Quod enim dicuntur decem menses prægnantes, nouem sunt pleni: sed initium decimi pro toto accipitur. Et quod se Dominus ostendit in monte, post sex dies factum dicit vnus Euangelista: alter vero post octo dies dicit: partem posteriorem primi diei in quo futurum hoc Dominus promittit, & partem priorem nouissimi diei in quo completum est quod promittit, pro totis atque integris diebus annumerans: ut intelligas eum qui dixit, post sex dies, solos medios commemorasse, qui vere toti atque integri completi sunt.

VERSVS 41.

Viri Ninivite surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam, quia penitentiam egerunt in predicatione Iona: & ecce plus quam Ionas hic.

QVÆSTIO I.

An Ninivite iudices Israelitarum futuri sint?

*Ninivite
iudices im-
penitentia.*

§.1. Iudicium comparationis est; illi enim Iona mandauerunt, miracula non facientem; hi Christum contempserunt. Hil. in Ps. lxxv. 2. Tales erunt iudices terra: quorum comparatione fidei ac timoris impenitentes impii que condemnet. Si enim penitentia Ninivitarum ex Iona predicatione suscepta fructum adeptæ est penitentiæ: necesse est obediens eorum penitentia insolentem horum impenitentiam inducet. Aut regina Austri ex ultimis partibus terre desideratam Salomonis sapientiam audiens, nonne infidelitatem & incuriam presentium auditione peregrina damnabit? cum tamen inobedientia atque inaudientia iudicium differens à Salomone atque Iona Christus auctor adcumulet. Absolute autem hos esse iudices terra Apostolus demonstrat dicens: An nescitis quia sancti mundum iudicabunt, & in vobis iudicabitur mundus? quum per meritum adeptæ beatitudinis, criminisorum vitam sanctitas comparata condemnet. Eodem modo Augustin. lib. 2. de ciuitat. cap. 5. Irridebant hoc Pagani miraculum apud S. Augustinum epist. 49. & 50. ad Deo gratias. Postrema questio proposita est de Iona, nec ipsa quasi ex Porphyrio, sed tanquam ex irrisione Paganorum: sic enim posita est. Deinde quid sentire, inquit, debemus de Iona, qui dicitur in ventre ceti triduo fuisse, quod ambigendum est, & incredibile, transfuoratum, cum veste hominem, fuisse in corde piscis. Aut si figura est, hanc dignaberis pandere. Deinde quid sibi etiam illud vult, supra euomitum Iona curbitam natam, quid cause fuit, ut hac nasceretur. Hoc enim genus questionis, nullo cachinno à Pagani grauius irrisum animaduerti. Ad hoc responsetur, quod aut omnia diuina miracula credenda non sint: aut hoc cur non credatur causa nulla sit. In ipsum autem Christum, quod tertio die resurrexit, non cre-

deremus, si fides Christianorum cachinnum metueret Paganorum.

§.2. Condemnandos suos Calvinianos à Ninivitis Bullingerus firmo argumento demonstrat. Transferamus hæc ad nostra tempora, & applicemus nobis Domini hæc iudicia, ut appareat quam in periculo se versetur sæculo, & quantopere nobis impendens Dei ira sit metuenda. Prædicatur nobis hodie Euangelium, offertur vita beata gratis per fidem Iesu Christi, interim nihil aliud postulatur à nobis, quam obedientia, puritas, & honestas vitæ, ut calcatis prauis affectibus recte sapiamus. Vtrum sanctam hanc & diuinam postulationem strenue nec minus contumaciter contempnimus. Iudicabimur ergo & nos à Ninivitis & regina Austri. Nihil nunc dico de persecutoribus & oppressoribus diuinæ sapientiæ, de nostris loquor qui volunt videri euangelicissimi. Vides enim agricolas nostros pessime transfigere dies diuinitus sapientiæ consecratos, sabbata. Alius mauult faciem suam deuorare, vinum potare, & rebus se oblectare vanis & noxiis, quam salutarum verbi Dei tractationem audire, in cœtum venire sanctum, & supplicia vota & gratias omnipotentem cum tota offerre Ecclesie. Cuius & oppidani non minus prophani & impii sunt. Cœrant enim res suas, merces suas componunt, peregre negotiatum abeunt, vel domi occupantur rebus profanis, conciones sacras negligunt. Quod si semel iterum templa Christi ingrediuntur, domi sacris suis reclusum relinquunt animum, ipsi in cœtu sacro cœca idola amentia astant. Non perpendunt quæ ipsis dicuntur de iustitia, charitate, temperantia, de contemnendo mundo, de vera fide, penitentia & beneficentia. Quod si minister grauius contrectet vitia profanorum, auaritiam, vsum, furta, rapinas, ob quam hic saluunt molles isti mercatores, impostores & publicani. Si adulteris, scortatoribus, A pitius, & potatoribus, vitam optobret porcinam, mores plusquam spurios, & feditates plusquam diabolicas, mirum quam hic gluniant porci, latrent canes, quam impudenter & confidenter valedicant Christi euangelio. Nobiles vero & aulici isti vix homines, sed semidei: imo semiferæ, magis strapo viuentes, Deo quæ ipsi sapientiæ eius dicam scribentes, vel indignum se profusumque putant suæ nobilitati illustrique maiestati (rectius dicerent densissimæ tenebricitati ac extrinsecus vanitati) audire conciones sacras: vel concionatori præscribunt quid & quatenus doceat, monte & accuset: ne non participes fiant illius increpationis, quæ in hæc verba apud Isaiam in 30. cap. legitur. Populus iste est rebellis, & filii nothi ac spurii, filii qui nuntiant audire legem Domini. Siquidem dicunt videntibus (episcopis siue pastoribus,) nolite videre & virgilibus, nolite nobis prospicere recta: sed loquimini nobis blanda, videte errores. Doctuli nostri & quorum aures Ciceroniana phrasi molliores & deliciores factæ sunt, huiusquam offenduntur ad scabrum istum & parum suauitatis habentem stilum Biblicum. His admodum graue est audire agrestem, simplicem, & probum aliquem concionatorem, nihil aliud proponentem quam simplices istos & incultos Prophetam & Apostolorum eadem subinde chorda oberrantes, de fide, charitate & innocentia, eiectos potius ac extemporarios quam compositos profluentes sermones: legunt ergo poetas interim dum prædicatur verbum Domini, ne non habeant semper similes labra lætæ, lenonisque legant & audiant lenonum Patriarchas. Non de omnibus loquor poetis, neque de omnibus poetarum lectoribus, sed de nimis Ethnicis admiratoribus, verumque Christi contemptoribus. Principes vero diuinam sapientiam segniter audiunt, segnius sapientiæ studia